55805

temporibus dedit donauit inscripsit et irrevocabiliter resignauit Cui iam ex nunc in dicta Bona realem introm cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles duos quos sunt eo ipso acceptandam dat et admittit Pacemque tuitionem et evictionem ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum propinquarum et remotarum eiusmodi caret sub damnis simpliciter taxatis et edicendis Et Coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Branscensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptoria responsione sine ulla dillatione motione apellatione diffugio quouis ac exceptione Hac sua Personali Recognitione in praemissis mediante salua commansione et deportatione aedificiorum ad Festum Sancti Martini Pontificis proxime Futurum.

Racibor **Debitum.**

Coram officio et actis praesentibus Castrensi Capitaneali Branscensi plane comparens Nobilis Stanislaus olim Mathiae Racibor sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque perexpressis Recognouit Quia Nobili Thomae olim Iacobi Racibor et eius posteris Tenetur estque debitus certi veri et liquidi debiti mutuatique pecuniae summam duodecem sexagenarum Polonicalium hinc et ab actu praesenti pro Festo Sancti Michaelis Archangeli parata peccunia soluere reddere et restituere aut circa acta officii praesentis reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ad se non recipere nec modo quouis arestare aut effide iubere se de omnibus bonis una cum posteris suis submittit sub uadio simili aliarum duodecem sexagenarum polonicalium in defectu solutionis pro tempore praefixo ad soluendum irremissibiliter succumbendo Et Coram officio praesenti Castrensi Branscensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptoria responsione et satisfactione sine ulla dillatione motione apellatione diffugio quouis ac exceptione.

Porosla kiie ~~[illegible]~~ **Obligatio.**

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Martinus olim Mathiae Poroski annorum uiginti quatuor citra uel ultra sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognouit Quia Nobili Alberto olim Francisci Racibor Dalysk et eius posteris Bonorum suorum immobilium in Bonis Porosla kije consistentium in campo decem sulcos biennales a granicie Zrzywowska ad uiam quae tendit per uillam inter mettas Mathiae Znacik et Alberti Poroskie